

Phe Lumen hoc uide. **An** grandiore gradum ergo fac ad me obsecro
Phe Salua: **An** ego salua sum que siti sicca sum: **Phe** at iam bibes
An Diu sit. **Phe** hem tibi anis lepida. **An** salua oculissime homo
Pa Age effunde hoc cito in barathrum prope te
p tolue cloacam. **Phe** tace nolo huic maledici. **Pa** faciam igitur male potius
An Venus de paulo paululum hoc tibi dabo haud lubenter
Phe Nam tibi amantes propinantes uinum potantes dant
mibi haud sepe eueniunt tales hereditates. **Pa** hoc uide
v te ingurgitat impura in se merum auariter plenis faucibus
Phe Perij hercle. huic quid primum dicam nescio. **Pa** hem istuc quod mi dixisti
Phe Quod id est. **Pa** perijisse ut te dicas. **Phe** male est dii faciant. **Pa** dicisti
An Ab. **Phe** quod est. equid lubet. **An** lubet. **Pa** etiam mihi quoque
stimulo fodere lubet te. **Phe** tace noli. **Pa** taceo. ecce autem bibit arcus
p luet credo hercle hodie. **Phe** iam ne huic dico. **Pa** quid dicet
Phe Me perisse. **Pa** age dice. **Phe** anis audi hoc uolo scire te potius suum miser
An At pol ego oppido seruata. sed quid est quod tibi potius dicere te esse
Phe Quia id quod amo careo. **An** phedrome mi ne plora amabo.
tu me curato ne sitiam ego est quod amas iam huic adducam
Phe Tibi ne ego si fidem seruam mecum: uineam pro aurea statua
s tatuam quae tuo gutturi sit monumentum
qui me in terra aequae fortunatus erit si illa ad me bitet
p alinure. **Pa** sed pol qui amat si eget misera afficit erumna
Phe Non uia res est. nam confido parasitus hodie aduenturum
cum argento ad me. **Pa** magnum inceptas si id expectas quod nunc est
Phe Quod si ad eam ad fores atque occentum. **Pa** lubet neque icto neque iubeo
quando ego te uideo immutatim moribus esse heret atque ingenio
Phe Pessuli heus pessuli vos saluto lubens uos amo uos colo
uos peto atque obsecro gerite amanti mihi morem amenissimum
s ite ca mea lydi barbarij subtilite obsecro & mittite istanc foras
quae mihi misero amanti ebibit sanguinem
hoc uide ut dormiunt pessuli pessimi. nec mea gratia
commouent se oculi respicio mihi meam uos gratiam facere
sed tace tace. **Pa** taceo hercle quidem. **Phe** sentio sonitum
Tandem sed pol mihi morigeri pessuli fiunt

ANVS LENA. PLANESIUM VIRGO PHEDROMVS PALINVRVS.

Placide egredere & sonitum prohibe forum & crepitum cardinum